



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

345. Feria 3. Dominica I. Adventûs. De executione decreti Incarnationis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

620 FERIA 3. DOMIN. 1. ADVENTUS.  
tura, ut unice Creatori gratus adhæream.

MEDITATIO CCCXLV.

FERIA 3. DOMINICA 1. ADVENTUS

De executione decreti In-  
carnationis.

**A**udiam, & aspiciam Verbum divinum in  
aula Virginis exequi decretum Patris.  
Petam mysterium agnoscere & æstimare.

*Conf. 1.* Tria fuisse ab Angelo præstita:  
1. Salutavit Virginem. 2. Nunciavit Incar-  
nationem. 3. Docuit modum. Ad primum  
B, Virgo se ait ancillam. Ad 2. Respondet.  
Fiat. Ad 3. Secundum verbum tuum, inquit,  
id est, illa sã Virginitate. O felicem naturam  
humanam, quæ talem Virginem habuit. Væ  
mundo, si tunc MARIA caruisset, forte re-  
tractasset Dominus in mundo esse.

*Conf. 2.* Quomodo ad illud FIAT Virginis  
eodem momento formatum sit corpus Chri-  
sti perfectum, infusa anima, & utraque unita  
sint verbo, juxta illud Damiani: Audisne in  
hoc Verbo Incarnationem Dei, &c. In qua  
Verbum æternum seipsum totum, & omnia  
viscera sua effudit in homines Luc. 1. *Per  
viscera misericordie Dei nostri, &c.*

*Conf. 3.* Quomodo Deus Incarnatus re-  
velatus sit Angelis, & ab ijs adoratus, & cum  
iterum introduxit primogenitum in orbem

serm;



Feria 3. Dominic. 1. Adventus. 627

teræ, ad Hæbr. 1. Iterum, vel in Resurrectione, vel in die iudicij, primò autem introductus est Christus in orbem, Incarnatus & passibilis, utrobique verò ab Angelis adoratur, quia hoc ijs Deus dicit, & adorent eum omnes Angeli Dei. Cum quibus & ego Deum laudabo ob misericordiam ostensam in Redemptione. 1. Quia decrevit genus humanum redimere. 2. Quia Filium misit, ut homo fieret. 3. Quia Filius hominis in terris vivit, cum hominibus conversatus, omnium virtutum, præsertim humilitatis & mansuetudinis exemplum factus. 4. Quia doctrinæ, prædicatione, & miraculorum exhibitione, maximè verò gratiæ infusione homines ab errore revocavit, & ad veri Dei cultum & cognitionem adduxit. 5. Quia pro nobis famem, sitim, algorem, æstum, penuriam, injurias, contumelias, verbera, spinas, crucem sustulit, ut nobis fratribus suis beatitudinem compararet. 6. Quia immortalis, impassibilis, gloriosus resurrexit, ascendensque in cælum nobis januam aperuit, & locum paravit. Ideo volo esse è spolijs Christi eius servus, omniàque meà ei dedicabo, quia me redemit æternùm à pœnis

æternis. Hæbreor. 9.

vers. 12.

MEDI.